



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Erendrvdis Abb. 30. Iunii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

29.IVN.
virgini
isque
nus ex-
ne suo
oritum
o fides
idem
ut Ser-
onativo
ns, sta-
eri, &
idem
ic ma-
n dedit
fieret?

9.Iun.
m Re-
os PE-
uando
pice
idem,
Chri-
hem-
bre
la da-
nptus
mbrà
rbe
comè
nonè
olan-
tem

30.IVN. *Vita Sanctorum.* 359
tem humi dedit præcipitem, Neronis
furori cedens, CHRISTVM obvium
habuit, qui rogatus quò iret, Roman
ire se ad alteram crucem respondit.
Implevit vaticinium CHRISTI conti-
nuo PETRVS; sed ut Magistro hono-
rem cederet, inverso corpore tolli in
crucem voluit, quò capite terris, hoc
pedibus cœlo jam propior. Iam PAU-
LVS ille cœli etiam ante fata civis, ille
nominis IESV per omnem orbē præco,
post edita miracula, & literarum oracu-
la quam plurima, hoc ipso die PETRO
triumphantι collega additus, securi per-
cussus est. Caput sanguinis loco primò
lac, deinde tergeminos fontes totidem
saltibus dedit, oleum interim effusum,
IESV nomen clamando immiscens.
Agnosceres tam pretiosis liquoribus
refertū Electionis Vas esse. Ex hist. Eccl.

S. ERENDRVDIS ABB. 30.Iunii.

ERat ERENDRVDIS D. Ruperti
Noricorum Apostoli neptis, nō tam
sanguine huic, quam virtute propinqua.
Itaque Magisterium in DEO devotas
virgines jam tunc, cùm in Galliā adhuc
ageret, exercuit. Sed uti Rupertum vi-
rorum, ita ERENDRVDEM mulierū
nec minus potens invidia cedere ē Gal-
liā coēgit. Itaque inter auxiliares co-
pias, quas fidei bono in Boicas terras
induxit Rupertus, etiam hanc numera-
vit,

360 *Vite Sanctorum.* 30.IVN
vit, & exædificato ad Iuvaviam Deipara
honori Parthenone, illuc collocavit vir-
ginem, matremque aliarum virginum
voluit esse: quod officium illa sic im-
plevit, ut non harum modò, sed paupe-
rum omnium mater audiret, quibus
tectum vietumque nunquam non pra-
buit. Pedes etiam eorum lavare, ulcera-
que velut gemmas gaudens tractare.
Ipsa mensæ accumbens, non tam cor-
pus cibo, quam animum piis de DEO
colloquiis reficiebat, quo ut frueretur,
dici non potest, quam abire è vitâ pro-
perarit. Tumulum ejus ingentia mira-
cula coronarunt: unum alterumve de-
narro. Monachus in hereditatem D.
ERENDRVDIS invaserat, ausus partè
salinarii montis sibi afferere: & occu-
pavit ille terram, quam petiit, sed subi-
to fato in ipso loco, & perjurio extin-
ctus. Aliam expertus est Henr. S. Cæsar,
qui morbo tentatus, amuletum è collo
suspendit anulum aureum, reliquiis vir-
ginis (gemmis utique grandibus) gra-
vem. Atque hunc cum amisisset ille, &
ab infesto morbo iterum oppugnat-
tur, præsentem iterum medicinam ad
tumbam ERENDRVDIS reperit, ut
qui se Henrico tunc debebat orbis,
idem ipsum Henricum ERENDRVDI
deberet. Ex 19.6.lett.ant. Canis.